Replabis: formalitas producendi caloris 2° se sumpta, exigit produci à principio productivo caloris; sed tale principium, non solum est ignis, sed etiam calor: ergo ea formalitas exigit etiam produci à calore saltem in concursu ignis. Confirmatur: quia ignis C, exigit produci à principio productivo caloris et dari ignis A, quam ignis B est tale principium, ignis C exigit procedere ab utroque, pro casu concursus utriusque: ergo similiter.

Ad replicam dissimilis processus, non cogit, ad summum infertur, quod formalitas producendi caloris 2° se sumpta, exigit produci à calore, vage et indeterminate sumpto, quatenus exigit, produci à principio caloris vage sumpto, sit, vel ab igne, vel à luce etc. et hoc quidem est verum, caeterum formalitas producendi caloris reperta in igne, non, 2° se sumpta, sed attentis etiam reliquis partibus ignis, cum ipsa, re, identificatis, potius exigit determinate produci ab igne in quo adaequate continetur.

Patet hoc exemplo, formalitatis vitalitatis reperte in actu voluntatis, quae licet 2° se sumpta exigat produci, à voluntate, vel ab intellectu, quia ut vitalitas est praecise solum exigit procedere à principio vitali, vage sumpto, at 2° omnia sua praedicata identificata re, cum actu voluntatis, exigit determinate produci à voluntate.

Ad confirmationem supposita praecedenti doctrina non cogit, disparitas est quod ignis C, in casu concursus, ignis A, et B exigit produci modo connaturali: cum autem uterque ignis, aequale ius in effectum producendum, et quod uterque illum adaequate contineat, ideo in circumstantiis, exigit ab utroque procedere, at vero, cum non probetur formalitatem producendi caloris 2° omnia praedicata ignis adhuc inadaequate contineri in calore, nec potest hunc habere ius in illum: unde non, est cur ignis exigat produci à calore adhuc in concursu ignis, et hinc potest etiam consequens antecedentis nostri suppositum concedi.

Obiicies ultimo, non implicat accidens saltem inadaequate producens substantiam: ergo id concedendum est de facto accidenti. Consequens antecedentis, non cogit: quia ex eo quod Deus posset producere aliquod accidens talis naturae et activitatis, ut substantiam produceret male infertur, illud debere admitti de facto,

et ratio generalis ad similes argumentationes, est omissis aliis, quod occurrere possunt peculiaribus, quia ut aliquid admittatur possibile, sufficit, quod non, ostendatur evidenter contradictionem involvere: ut autem, admittatur de facto, requiritur positivis, et urgens fundamentum.

In fine observa, quod non, est possibile accidens adaequate producens substantiam, quia impossibile est accidens, esse vel maius, vel aequalis saltem, perfectionis respectu substantiae; aliter enim, iam non esset accidens. Constat autem, quod causa adaequata, eo quod debeat effectum continere, vel formaliter vel eminenter, debet illum excedere, vel saltem aequare in perfectione.

Sectio III, an substantia, sit immediate operativa accidentis in se, et in extraneo subiecto?

Dico 1° cum primo Doctore disputatione 18a metaphysicae sectione 2a et Nostris communiter contra DD. Thomistas. Substantia est principium quo, immediate operativum in se accidentis, sive suarum proprietatum. Probatur communi experientia aquae calefactae, quae remoto extrinseco calefaciente frigiditatem pristinam recuperat: ergo ipsa substantia aquae producit in se frigiditatem. Probatur consequentia,

quia ea frigiditas, non producitur à producente aquae, cum adhuc eo remoto producatur, non, à qualitate occulta quae praeter à Zabelio adstruitur; non, à parva frigiditate, manente in aqua, cum nulla constabit; non, à Deo creante quae rei ipsius intendat, ut suo loco constabit; non, à Deo Creator, negativus, ipsa aquae, quia dum facile potest assignari causa 2a, nulla est necessitas recurrendi ad causam 1am: ergo.

Dico 2°: substantia est immediate operativa, accidentis in extraneo subiecto. Est etiam communis inter Nostros. Probatur: quia vivens sensibile, per eandem virtutem, qua imprimit in se impulsum, ut localiter moveatur, imprimit impulsum in corpore quod proiicit in alium locum; sed in se ipso producit immediate impulsum per virtutem secum identificatam: ergo etiam in alio corpore; atqui impulsus est accidens de praedicamento qualitatis: ergo substantia producit immediate, accidens in extraneo subiecto.

Notandum tamen est 1°, quod

substaā, potest de facto pducere accidens in extraneo passo, vel, se sola, vel simul cu accidenbus propriis. 1ũ ditur evenire, q. in substaā, n, detur accidens simile, et proportionatus accidenti causato in extraneo subto. 2ũ vero, qd in substaā reperiatur, accidens ita proportionatus: sic in substaā ignis reperitur calor silis, et proportionatus calori caāto in ligno.

Notandu 2º, qd accidens, n, solu in consortiō substaē, sd etiā se solo, potest pducere accidens in extraneo subto: sic acciděa Eucharistica, separata ā substaā panis pducit calorē in stomacho. 3º qd substaā potest etiā pducere in se alia acciděa, preter suas passiones et proprietates: sic etiā, admissa distioē podus ab aīa, hec pducit in se, suam volitionē et intelectionem.

Subcēō Vnica, solbuntur arguta, cª statutas conclutiones.

Arg 1º, c 1ũ: qui dat ēē, dat coā ad ēē: go caā que dat ēē substaē dat etiā illi, propietates ad eā coentes. 2º: inter agens et passus datur realis distiō: go agens nequit in se recipere calorē, pro inde que, neque illā in se pducere. 3º: acciděa Eucharistica recuperant suā pristinā frigiditatē; sd hec, n, pducitur ā substaā que ibi, n, est: go ā qualite oculta.

Ad 1ũ distiō arg: dat efective coā ad ēē ng; dat radicaliter seu atributaliter cdo; sicut qui dat arborē, dat etiā fructus, quos, non ipse, sd arbor efective pducit: vnde ng coq. Ad 2ũ distiō arg: datur sepe distiō realis ccā cdo; datur semper ng; anima enim pducit et recipit in se suas intelecoēs. Ad 3ũ ng coq: illa ēē frigiditas caātur miraculose ā Deo, ne misteriu patefiat, l, vt alii volunt caātur ab agentibus ambientibus hostiā cconcratas vt aīa l. g.

Arg. c 2ũ 1º: substaā aque pducit frigiditatē in extraneo passo: go aqua nimis calida, pducit frigiditatē in manu. 2º: marl proportio

datur inter accidens et accidens, que inter substaā et accidens: go l, substaā n, pducit accidens l, saltē illud n pducit q. cdo. cauzit as accidenti. 3º: calor ignis, habet virtutē adqtā pducendi caloris ad extra vt pat, in aqua calida: go n, substaā ignis, sd solus calor pducit calorem.

4º: calor est caā vniboca caloris, et ignis est caā equivoca: go virtus ignis impeditur ad presen caloris, cu n, sit concedendus cās equivoce influxus, q. cdo adest caā vniboca. 5º: licet intelus posit pducere in se intelecoē, n, tam, potest eā pducere in alio: go pariter licet ignis posit in se pducere calorē &a. 6º: qd semper ac ignis est aproximatus et presens pducatur calor, n, pbat calorē pduci ab igne, cu ea presea ignis proveniat ex eo qd calor semper comittetur igne: go.

Ad 1ũ distiō arg: substaā aqua pducit &a, n, impediatur ab intenso calore in se recepto cdo; n impediatur ng, et coq: qd etiā evenit cuilibet cās pducens, cuius efectus impeditur ā contrario fortiori. Ad 2ũ distiō arg: marl proportio, requisita ad efectus, ng; n, requisita cdo: vnde ng coq; q. a inter cās et efectus, n, est naria proportio vniboca, sd suficit equiboca: ea ēē, proportio, n, est pensanda, penes silitunē specificam, sd penes virtutē activā, vt patet, in caāis equivocis, quarus lux v. g. simul cu calore pducit calorem.

Ad 3ũ ng coq: lct enim, tam ignis que calor, habeant adqtā virtutē pducendi caloris, cu vterque simul concurrat ad efectus divisibile, sui concursus atemperant partialiter que pducunt. Ad 4ũ ng coq cu pbaoē adiuncta, cuius falsitas patet in luce, que est caā equivoca caloris, et tam simul cum calore, qui est caā vniboca pducit calorem. Ad 5ũ ng coq discrimen est, qd intelecō, cu sit vitalis petit pduci immanenter, calor aūm, non ita.

Ad 6ũ dato anti, ng coq, nos ēē, n, pbamus igne in extraneo passo pducere calorē, q. hic pducitur ad presēam

illius, et aliunde ex eo nixus, qd habeat virtute producendi caloris in se, cum enim calor extranei subti sit eiusdem rationis et speciei: non est fundatus ut igni denegemus virtutem illius producendi.

Sectio IV. de causa adequata, et inadequata, ac de potentia naturali et obedientiali.

Quo ad 1am tituli partem, solus venit discutiendus, quænam sit regula pro dignoscendis causa adequata, et inadequata? Pro quo duplicem assigno ex D. Peynado. 1a sit ipso experientia, quare si videamus entitatem aliquam se sola producere effectum, dicemus eam esse causam adequatam; si vero videamus numquam producere effectum nisi associatam alteri entitati; aliunde quæ in ipsa, non apparet tantam perfectionem, quanta est in effectu eam dicemus causam inadequatam et partialem.

Sit 2a, qd ea erit causa adequata cui correspondeat, vel formaliter vel eminenter tota perfectio effectus: ea vero causa inadequata, cui solum correspondeat aliqua formalitas effectus. Insuper, ei entitati dicetur correspondere formaliter tota perfectio effectus, a qua determinate exigit procedere totus effectus, ut patet in causis univocis; ei autem dicetur correspondere eminenter, a qua exigit indeterminate procedere, ut cernitur in causis equivocis.

Ulterius, ei entitati dicitur correspondere aliqua formalitas effectus, a qua exigit effectus procedere, solum ratione alicuius sui principii. — Hic tamen, propria velut in sede debebant collocari, causa principalis, et instrumentalis, quorum explicatio data est sectione 1a huius disputationis: qd ergo ibi, est dictum de illis, firmiter tenendum est, cum Cardinali de Lugo, tom. 1o de Sacram. disp. 4a. sect. 4a, ut potentiore communius et clarius in quæstione de nomine.

Id solum observa, qd licet dicatur causa principalis operari per virtutem propriam, id non sonat operari per virtutem a se: unde licet illa virtus dicatur propria per oppositionem ad causam instrumentalem, quæ operatur virtute causæ principalis hoc non tollit, qd ea virtus propria sit participata a Deo: sic ignis. ut potentiore causa principalis producit ignem per virtutem propriam, quam tamen, a Deo participat, pro inde que, licet sit causa principalis operatur dependenter a Deo: qd ex hinc observatus vocor ad quæstionem de creatura principaliter creante.

Quo ad 2am tituli partem, sciendum est 1o: qd potentia, sive activa, sive passiva, alia est naturalis, obedientialis alia: potentia naturalis activa est virtus, quæ vel se sola, vel cum alio comprincipio sibi connaturaliter adveniente, ita adequate, potest effectum producere, ut possit sibi facere, debitum concursum Dei, ad illum in actu 2o producendum: potentia naturalis passiva, dicitur capacitas recipiendi formas, quas naturaliter recipere potest.

Potentia obedientialis activa, est ea, quæ nec se sola, nec simul cum alio comprincipio, sibi naturaliter adveniente, est adequate potens effectum producere, nec sibi facit debitum concursum Dei: potentia obedientialis passiva est potentia obediendi Deo ad recipiendum aliquam formam, vel habitualiter, vel saltem pro aliqua circumstantia indebitam.

Sciendum est 2o, qd potentia obedientialis activa, dicitur *elevabilis*, quia elevatur per comprincipium indebitum, illam complens ad producendum effectum ordinis superioris, et cum in hac productione obediat Deo, ideo dicitur *obedientialis*; dicitur etiam *incoata*, quia se sola seu sine tali comprincipio, nequit effectum producere: ac demum dicitur *supernaturalis*, quia connotat comprincipium supernaturale.

Hinc sciendum est 3o: qd utraque potentia obedientialis, est ipsa entitas rei elevabilis 2as qd potentia obedientialis, dicit unice, et in recto: non tamen, solet dici, ipsa naturalis, quia connotat comprincipium supernaturale: cum hac vero differentia, qd comprincipium supernaturale elevans potentiam activam concurrit active cum ipsa, ad productionem effectus: sic lumen gloriæ elevat intellectum, cum eo que active producit visionem: comprincipium autem, elevans potentiam passivam, non recipit simul cum ipsa formam.

Unde liquet, qd potentia obedientialis passiva est immediata, et non, eget alia potentia, passiva superaddita, nam sic abiremus in infinitum: licet quædam talis potentia requirat agens supernaturale, ut ipsi introducatur forma, tamen, ipsa se sola est adequate receptiva illius: potentia vero obe-

dialis activa, se sola, solum est virtus incohata seu partialis.

Et quidem tam haec quam virtus supernaturalis principii, ex quibus resultat adaequata virtus effectus supernaturalis producendi, dicuntur partiales, quatenus neutra se sola potest effectum producere, non autem, quatenus effectus et actio, de se indivisibiles divisibiliter oriantur a qualibet: a qualibet enim, per eandem indivisibilem actionem totus effectus producitur.

Sciendum est 4°, quod elevatio actualis potentiae, distinguitur realiter a potentia, quam res potest habere, quin actu elevetur: potentia enim, non est quae elevat, sed quae elevatur: unde constat 3ª. Doctorum Thomistarum, potentiam obedientialem, non esse qualitatem a Deo impressam naturae ut ipsam elevet, si esse, qualitas elevat et proportionat: ergo non est quae elevatur, et proportionatur, pro inde quae, non est potentia obedientialis.

Sciendum est 5°, de facto dari in natura, potentiam obedientialem partem effectuum supernaturalium, sumpta sit, haec potentia, pro capacitate intrinseca illos recipiendi: de facto enim, anima recipit gratiam, intellectus habitum fidei &ª. quod non, eveniret, nisi in natura daretur vera capacitas. Sciendum est 6°: dari etiam de facto potentiam obedientialem activam, ad aliquas entitates supernaturales: certum quippe est, intellectum elevari ad producendam visionem beatam, voluntatem ad actus caritatis &ª.

Sciendum est 7°: quod hujusmodi potentia, reperta in his causis naturalibus est virtus intrinsece naturalis, immediate productiva inadaequate effectus supernaturalis, quod constat ex Concilio Trident. Ses. 6ª can. 4°, docente: Voluntatem nostram, in conversione et operatione salutari cooperari gratiae vocanti, et excitanti.

Insuper ratione, quia visio beata v. g. et est intrinsece vitalis, et est intrinsece supernaturalis; sed quia est intrinsece supernaturalis, oritur ut a virtute immediate productiva a principio supernaturali: ergo etiam oritur ut a virtute immediate productiva a principio vitali, quod est intellectus. — His statutis, praecipua celebris quae in hac materia difficultas, est an, in qualibet entitate, detur potentia obedientialis activa ad producendum quemlibet effectum? Pro qua resolvenda sit.

Sectio Vª an detur potentia obedientialis activa, in quolibet, ad quodlibet?

Debet in fronte hujus controversiae supponi, sive in natura, sive in aspira sententia, creaturam a Deo elevandam, habituram virtutem innatam incoatam tamen, et inadaequatam productivam effectus, ad cujus productionem elevaretur; ratio est, quia in hoc casu effectus oriretur immediate active, non solum a principio elevante, sed etiam a causa elevata, ut communiter supponitur; atqui effectus oriri immediate active a causa elevata, non stat quin haec habeat virtutem intrinsecam saltem inadaequatam producendi active effectum, ut est certum: ergo.

Declaratur: principium elevans donetur causae elevabili, ut eam elevans ipsius virtutem compleat, in ordine ad producendum actu effectum: ergo in causa elevabili supponitur virtus intrinseca, saltem inadaequate productiva effectus; aliter enim, quomodo erit verum, virtutem causae elevatae compleri per virtutem causae elevantis? Hinc praecipue constat, quam opportune notaverit acutissimus D. Vazquius, qui rem penitus introspexit, duplicem sub uno titulo, quaestionem hic involvi.

Alia est an quaelibet entitas naturalis, habeat secum identificatam virtutem activam inadaequatam producendi quemcumque alium effectum sive naturalem, sive supernaturalem? Alia est an statuto, quod in quavis entitate, ea virtus incoata reperiatur possit ea entitas elevari a Deo ad productionem cujuslibet alterius entitatis? 1ª quaestio ut patet est de facto; 2ª de possibili, cujus decisio pendet ex resolutione 1ª.

Enim vero, si in qualibet entitate ea virtus inadaequata de facto adstruatur, dummodo ex alio capite (loquor cum adversariis) specialis aliqua difficultas, non appareat, non repugnat Deum, quamlibet entitatem posse elevare, et vel per se immediate, vel medio alio principio, sive naturali, sive supernaturali ex natura effectus suam inadaequatam virtutem complere, ut in actu 2° producat effectum quem continet; quod e contrario, quicumque diceret repugnare si in qualibet entitate consideretur praedicta virtus inadaequata.